



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

13. Miracula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

13. *Miracula.*

TRiump̄hi illi, S. LAMBERTI
ope relati, debent utique in
Miraculis, & quidem illustri-
bus, numerari. Sed illis seor-
sim commemoratis, addamus
alia aliquot, quæ Leodiensium
Catholicam Fidem magis, ma-
gisq; omnibus manifestam fa-
ciant.

In Wolbodone 48. repe-
ries plurima, & maxima pro-
digia ad eius sacras Reliquias
patrata: & idem in S. Martyre
Frederico 56. itemque in altero
S. Martyre S. Alberto De an-
tiquioribus illud tantum me-
morare lubet, S. Seruatij tu-
mulum, aperto cœlo expositū,
ruente licet niue, & omnia cir-
cumlatè contegente, ne tactum
quidem vnquam fuisse.

Sed

Sed hæc particularia quibusdam, vt pleraque alia, maximorum etiam Sanctorum, iam defierunt. Dat enim Diuinum Numen eiusmodi, quibus, & quando expedire nouit; & idem eadem tollit, cum visum fuerit.

Alia quædam afferamus, vel iam inde ab antiquis temporibus inchoata; vel nuper edicpta; sed sic, vt vtraque, nobis videntibus, & stupentibus, & Deum, Sanctosque eius laudantibus, vsque perseuerent. In priori genere, illud est, quod Andaini in Arduennâ, ad S. HVBERTI Reliquias, multifariam tot iam seculis patratur.

Ibi S. Stola, diuinitus, Dei Matre mittente, Angelo afferente, data, nouem iam propè seculis, fornice carpta, & attonsa, in suâ longitudine, occultis

G

aucti-

auctibus crescens, perseuerat. Ibi à dirâ rabie, quibus illa certò imminebat, eiusdem stolæ fragmine fronti inserto, sine exceptione, seruantur. Ibi, quos eadem rabies, certos mori, miserandum in modum exagitat, priori sanitati certò restituuntur. Inde, quibus frons eâdem Stolâ munita, authoritas confertur, tempus prorogatur ijs, qui legitimè impediti, ad præscriptum remediũ tempori accedere non possunt. Mitto alia, quæ ad octo, aut decem stupenda Miracula, toto Orbe teste, conspicua, ascendunt.

Eiusdem generis sunt, quæ in Vrbe aut Suburbijs Leodiensibus, frequenter conspicimus: ad bina, inquam, Altaria, in Æde Cathedrali, B. Virginis-Matris nomine consecrata: ad
eius

eiusdem sacram Statuam apud
Scolares: in Æde S. Leonardi
in Suburbio: quæ loca meritò
assiduis Peregrinationibus, ma-
gno piorum Catholicorum cõ-
cursu celebrantur.

Posterioris generis, quæ non
ita pridem orta, B. Mariæ Vir-
ginis Patrocinia, & Beneficia, in
Diocesi Leodiensi, cæci quoque
conspiciunt, in S. Seuerini Pa-
rochia intra Urbem: in Eccle-
siâ B. Virginis, in Pago Foyen-
si, prope Dionantum; in alterâ
prope Hoyum, loco, qui Sar-
tum dicitur. vt de aliâ fileam,
cui in Condrusio vocabulum
est, de Ties. Certè in Foyensi,
talìa patrata sunt, quæ cum an-
tiquis illis, & toto Orbe cele-
berrimis, Lauretanâ, & Hallen-
si, alijsque, & multitudine, & ad-
mirabilitate, certare possint, Ea

Petrus Bouïlle nostræ Societa-
tes, stilo Gallico, non elegan-
tius, quàm verius, publico de-
dit. De Miraculis, cum multò
plura afferre liceat; pro insti-
tuto satis ista sunt.

*14. Septem Sacra-
menta.*

NON modo Ecclesia, & Po-
pulus Leodiensis, Sacra-
menta integro numero semper
agnouit, & debitam veneratio-
nem, tamquam Salutis nostræ
diuinitus institutis Instrumentis
detulit: sed & illis si qua alia
natio, legitimè iuxtà Ecclesiæ
Catholicæ præscriptum, & re-
ligiosè vsus est

Baptismo Cereimonias ab Ec-
clesiâ Romanâ vsurpatas, &
probatas, integrè adhibuit.

Confirmationem baptizatis,
suis